





ATTENTATA,  
*Per*  
Discursum Theorico-Practicum

*DIVINA FAVENTE  
GRATIA,*

*S V B P R A E S I D I O ,*

**Dn. JOHANNIS SEBASTIANI  
GAMBSII, JCti, ET IN FLORENTI-  
SIMA ARGENTORATENSIMUM ACADEMIA INSTI-  
TUTIONUM IMPERIALIUM PROFES-  
SORIS CELEBERRIMI,**

*Dn. Praeceptoris atq; Cognati sui omni obser-  
vantia cultu prosequendi ,*

Publicæ Jurisperitorum Censuræ com-  
mittendum ,

*Ad diem 24 M. Iulij loco horis q; solitis :  
Exhibita*

*à*

JOHANN ERNESTO VARNBÜLERO ,  
Hanoico.



*ARGENTORATI .  
Ex Typographeo JACOBI THILONIS ,  
ANNO CLX. IEC. LVI.*

*18.*



VIRIS MAGNIFICIS, NOBILIS-  
SIMIS, AMPLISSIMIS, CONSVL-  
TISSIMIS.

DN. JOHANNI CONRADO  
VARNBÜLERO, in Hunningen, Sere-  
nissimo Würtenbergiæ Duci à Consiliis Regi-  
minis secretioribus.

DN. DANIELI IMLINO,  
JCto, Liberæ Argentoratensium Reipubli-  
cæ Advocato Seniori, nec non aliorum Imperij  
Statuum Consiliario Gravissimo.

DN. JOHANNI IACOBO  
SALTZMANNO, Inclytæ S. R. Imperij  
Civitatis Colmariensis Consiliario & Syndi-  
co Meritissimo.

Dominis Patronis & respectivè Agnato atq;  
Parenti suis pio Obsequio devotè suspiciendis

*Submissâ hujus qualiscunq; Exercitijs Academicij Dedicatione*

Debitam acceptorum beneficiorum reddit rationem  
qui Eorum se patrocinio consecrat

JOHANNES ERNESTUS VARNBÜLER,  
A. & R.

.81



QUOD FELIX FAUSTUM-  
QUE SIT!  
*DISSERTATIO*  
**DE ATTENTATIS.**  
Proœmium.

**S**atis graviter Cicero lib. 3. de Le-  
gib. Justa, inquit, Imperia sunt, iisq;  
Cives modestè, & sine recusatione pa-  
rento. Verum sicut sæpe subditos ex-  
orbitare & Magistratum jussa detre-  
ctare videmus; Ita quoque Magistratus nonnunquam  
sub Justitiæ prætextu summam exercentes injustitiam  
& vel sordibus corrupti, vel ignorantia laborantes, san-  
ctum Tribunal, justi & æqui templum impiè profanare  
solent, quod tamen teste Imp. Justin. in N. 8. præfat. o-  
mnium occasio malorum est, & totius nequitia princi-  
pium. Unde non tantum subditis adversus Magistra-  
tum insolentiam, verum his etiam contra illorum in-  
obedientiam modis convenientibus succurrere, atque  
optimam hanc relationem inter Magistratum & subdi-  
tos legitimè confirmare non min' æquum quam sum-  
me necessarium est. Sicut autem mediis conservandæ

A 2

justitiæ

justitiae haud absurdè annumerantur iura, quibus caver-  
tur, ne lite pendente quid innovare liceat vel attentare;  
ita nihil hodie est frequentius, quam ejusmodi Attentati  
tis litem ex lite serere, & quocunque modo suam ju-  
vare causam. Cum itaque hæc Attentatorum Mate-  
ria tam à frequentiâ quam utilitate ipsam sese satis  
commendet; mihi quoque superiorum monitis, (quæ  
ad instar jussus semper apud me obtinuere obtinebunt-  
que) ad examinandum thema aliquod juridicum inci-  
tato arrisit, quâ ingenii vires tentarem, Veniam bene-  
voli Lectoris, qui omniꝫ à me minus appositè prolata  
æquo animo corriget, mihi pollicitus, si dum obsequij  
mihi gloriam vindicare labore, tenuitas fortasse simili  
sese prodiderit.

θ. I.

**D**ivino itaque implorato auxilio ad ipsam me Tractationem accingens in primâ statim vestibuli parte obviam habeo ὀνοματολογίαν, quâ feliciter dis- cussâ ad pragmatologiam deinde facilior patefiet aditus. In hoc siquidem suo nobis exemplo præivit ipse Imp. noster in pr. I. de Testam. & Jcti Vlpianus in l. I. pr. ff. de Iust. & jure l. I. pr. ff. de Reb. Cred. Paulus in l. I. pr. ff. de furt. & alii alibi. Circa hanc autem nominis explicationem consideran- da veniunt Etymologia, Homonymia & Synonymia.

θ. 2. Etymologiam quod attinet, nemini latere existimo, Attentatum à Verbo Attentare descendere, & hoc componi ex præpositione Ad & Verbo Tento, quod idem est, ac rem in- certam aggredi & diligenter inquirere l. 18. §. 2. ff. famil. her- cise. ut ita Attentare in generalitate suâ idem significet, quod periculosem aliquid fausto tamèn sperato eventu vehementer conari atque experiri. Carol. Marant. Resp. 78. n. 138.

θ. 3: Multifariam autem quoad homonymiam Terminus iste Attentare vel Attentatum in Jure nostro accipitur, ut pro- conatu sive inchoatione delicti l. 5. C. de Episc. & Cleric. Item pro blando sermone, quo quis alicuius appetit pudicitiam §. I. l. de Injur.



I. de Injur. l. 1. §. 2. l. 9. § fin. l. 10. 15. §. 20. ff. de injur. Nonnumquam attentare significat molestare vel flagellare l. 6 ff. de Extraord. Crim. denique Attentatum quoque denotat id, quod fit lite seu Appellatione pendente in contemptum Judicis partisque præjudicium.

θ. 4. Quamvis autem hoc in postremo significatu vox ista veteribus J. C. tis in usu non fuerit, cum in toto Juris Civilis corpore nullibi reperiatur; tractu tamen temporis absque distinctione ab Utriusque juris Interpretibus frequentissime usurpata fuit, ex quo nec ego nefas esse duco, in Materiæ hujus per strictione pro facilitiori intelligentia sæpi<sup>r</sup> isto uti vocabulo.

θ. 5. Synonymi loco venit verbum innovare vel Innovatum in suo scilicet speciali significatu sumptum. Præter hunc enim, quem cum Verbo Attentare sensum habet communem i. t. ff. nihil innov. t. t. C. X. & in 6. & Clem. Ut Lit. pend. plures etiam alios admittit, quibus brevitatis studio omissis ad ipsius rei descriptionem tanquam totius futuræ tractationis fundatum accedo.

θ. 6. Cum autem secundum l. 202. ff. de R. I. omnis definitio in jure valde sit periculosa, ideoque sic descriptum est: Attentatum sive Innovatum est omnis act<sup>r</sup> causâ pendente à Judice seu à patre & qui ab his causam habent in contemptum jurisdictionis & præjudicium partis factus. Cujus descriptionis singula membra facilioris intellectus ergo paulo altius repetere operæ erit pretium.

θ. 7. Generis loco ponitur Vox Actus, quæ teste Ulpian. in l. 19. ff. de V. S. generale verbum est, sive verbis sive re quid agatur, quoniam omnia attentata per actus quosdam committuntur & expediuntur. Differentiatum ab Objecto, quod est causa vel lis, tum à subjecto quod est Judex & pars & qui ab his causam habent, tum à causa finali, quam constituit præjudicium partis tum ab effectu, qui est contemptus jurisdictionis, de prompte hunc Actum ab aliis actibus discernunt, & ad certem hanc Attentatorum speciem restringunt, quæ singula in subsequentibus fusius explanabuntur.

θ. 8. Definitionē cōmodè excipit divisio quæ varie hic est & multiplex. Dividuntur enim Attentata à subjecto quod

A. 3.

sint vel

sint vel Iudicis, qui aut jurisdictionem sine Controversia habet, aut ab alterutrâ parte recusatus suspensionem ejus patitur, vel partis, *Hahn. ad Wesemb. tit. ff. nihil Iunov.* Vel Tertij. arg. l. 57. §. 1. ff. de Administr. & peric. Tutor. subj alienata per Appellantem pendente Appellatione revocantur etiam à Tertio possessore, ex quo habuit causam ab eis: Ab adjuncto, quod alia sint illicita & dolosa, prout quidem regulariter sunt omnia, *Lancell. de Attent. part. I. prefat. n. 55.* alia (quamvis impropiè) licita, veluti si quis facit quod de Jure communi sibi competit, ut si utatur possessione eo modo, quo ante, nihil dolosè & in præjudicium partis innovans. *Schwanm. proc. Cam. lib. 2. cap. 9. n. 15.* quod tamen revera Attentatum non est, quoniam sit lictè & lege permittente, arg. l. 4. C. ad l. Iul. de Adult. Item quod aliud Attentatum sit revocabile, idq; vel viâ Ordinariâ, vel Extraordinariâ, aliud irrevocabile vel suâ naturâ veluti tortura alicui inflicta. l. 2. ff. de App. rec. Herc. de Attent. c. 28. n. 25. Vel propter scandalum, ut est Exhumatio corporis humani. arg. l. 38. ff. de religiof. *Lancell. part. 2. c. 4. lim. 13.* Vel Matrimonium contra interdictum Ecclesiæ contractum. c. 1. & ult de extr. Matrim. Contract. *Lancell. de Attent. c. 4. lim. 17.*

θ. 9. Precipua autem Attentatorum divisio ab objecto in Iudiciale & Extrajudiciale sese diffundit: Illud fit vel inter ipsas tantum personas litigantes, vel Interventione tertij. Item in Instantia primâ vel in ulteriore, puta pendente Appellatione, postulata restitutio, nullitate, relatione, causæ avocatione, revisione & Syndicatu. Quod Extrajudicialis Attentati nomine venit, committitur pendente Arbitri laudo, ejusq; reductione & sapientis Consilio, de quibus singulis infra prolixius disserere dabitur occasio.

θ. 10. Generalib⁹ hucusq; Attentatorum in definitione & divisione consistentib⁹ delibatis; specialis eorundem sese offert Tractatio, in denotandis eorundem cōsentaneis & dissentaneis. Illa sese referant Ad propria & ad Affinia: Propriorum nomine veniunt Causæ & Effectus. Causarum divisio fit in externas & internas, quarum illæ quidem Efficientem & finem, hæc vero Materiam & formam sub se continent ambituq; suo complectuntur.

θ. II. Effici-



9. II. Efficiens Triplex iterum est: Remota scilicet, propinquā & proxima. Remota haud absurdè dicitur esse ipsum Jus naturæ à jure tamen civili formatum. Etenim sicut ubi lex non est ibi nec delictum censetur. arg l. 7. C. de Legib. Vid Hercul. de Attent. c. 2. n 6. & 7. Ita absq; errore jus attentata ceu delicta. arg. c. I. ut lit. pend. in 6. prohibens remota eorum causa efficiens constituitur. Est autem hoc ipsum jus naturæ cuius p̄cepta alterum lādere vetant §. 3. I. de Iust. & Iur. qvod tamen per Attentata, quæ jus violant, judicis lādunt autoritatem, & præjudicium parti generant Mandos. de Inhibit. q. 81. n. 2. Franch. in c. bona n. 14. & 39. X. de Appellat. Lancell. cap. 31. princ. manifestè committitur. Porro quoniam etiām defensio est juris naturalis. l. 3. ff. de Iust. & Iur. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Attentata autem vel eorum revocatio in se defensionem continent, meritò ex jure naturæ originem deducere censentur. Verum cum totam suam formam modum procedendi, solennitatem & actum a Iure Ciuali & Canonico habeant. c. 7. de Appell. in 6. l. 3. C. de Appell. cum simil. Haec tenus rectè etiam dicuntur esse de Jure ciuali.

θ. 12. Propinqua est pendentia Judicij vel litis, sine quā attentata non committuntur. Quamvis autem alias propriè & secundum communem opinionem judicium demum à Litis contestatione incipiat, l. 25. ff. de R. V. & ante eam nemo dicitur agere vel petere, sed agere vel petere velle, l. 15. ff. rem rat. hab. Gail 1.O. 74. n. 1. & 2. Ad hunc tamen Attentatorum Effectum Citatio, quæ omnium Actionum Instituendarum principium rectè vocatur, §. fin. I. de p̄en. tem. litig. si omnibus suis numeris est absoluta plenamq; continet instructionem causæ sufficit. Clem. 2. ut lit. pend. c. 20. extr. de off. & pot. del. ita quidem, ut Actor statim a tempore Citationis decretæ atten- tare possit & dicatur. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 202. n. 8. Lancel. c. 4. præf. n. 36. Mandos. de Inhib. q. 96. n. 4. & 5. Hercul. c. 29. n. 94. & 154. Si modo insinuatio ejus post modum sit insecuta Lancell. d. præf. n. 46. & seqq. Reus vero non nisi in- sinuata sibi citatione. Clem. 2. ut lit. pend. Mandos. d. q. 96. n. 1. Myns. 4.O. 26. n. 1. vel si dolo culpave rei insinuari nequeat. Harprecht. proceß. Iud. disp. 6. θ. 149

θ. 13. Errant igitur, qui existimant, eum qui libellum tantum



tentum obtulerat, quem nulla citatio est infecuta propter hoc solum rem in eum statum deducere, ut exinde attentasse quis censeri queat, moti l. i. C. quand. lib. princ. Obl. lit. Cont. fac. ubi dicitur, *Oblationem factam Principi Vim contestatae litis habere*, cum litis Contestatione, litis pendentia sine dubio inducatur c. 27. X. de Off. & pot. Iud. deleg. c. 30. X. de V. S. Wes. & C. ut lit. pend. n. 2. Etenus enim libellus Principi oblatus tantum vim habet litis contestatae, ut Actio perpetuetur, Pac. in Analy. C. Quand. lib. princ. Obl. n. 3. non vero quoad Effectus etiam alios. Si enim libertus qui non impetrata venia libellum Principi contra Patronum suum offert, non incidit in pœnam Edicti l. 15. ff. de in jus Vocand. adeoque hoc in casu libellus non tantum vi litis contestatae, verum etiam Vocacionis in jus destituitur, multo minus vigorem hunc obtinebit, ut nudâ ejus oblatione litis pendentia talis introducatur, quæ ad attentandum alicui sufficiens esse posset.

θ. 14. Causa proxima est Ipsum attentionis factum, siue actus ex quo attentatum nascitur: Quia omnia delicta ex re id est ex ipso malescio seu ipso actu quo maleficium perpetratur proveniunt. pr. & Ibid. Locam. I. de Obl. ex. del. Procatartica est bonum si non verum saltem apparens, quod etiam cum detimento proximi solet appeti, ut subuersione justorum judiciorum atque confusione, injusta causa juvetur & speciosa reddatur.

θ. 15. Et hunc quoque finem constitutum habent Attentatores isti, qui licet principaliter neq; judicis contemptum neq; partis damnum appetant, sed tantum per fas perq; nefas sibi prospicere damnumq; sibi imminens declinare satagant, in effectu tamen hoc ipsum operantur. Etenim cum dubius sit sicut belli, ita litis eventus, l. 51. ff. de pecul. & ut maximè causa interdum habeatur justa non tamen digna semper respondeat victoria, quivis litigantium eandem reportare summo laboret studio. Unde temerarij litigatores vel judex eis plus justo favens, si non modis legitimis, illicitis tamen & prohibitis ad exornandam suam causam vel ad commodum saltem momentaneum consequendū de facto procedere non erubescunt, ut diversitate facti, dum spretâ Juridictione judicis præjudicium ad-



um adversario causare student, juris quoq; diuersitatē inducāt.

θ. 16. Visis hucusq; causis externis, internarum jam sequitur contemplatio in Materia & formā occupata, quarum illa in subjectivam & objectivam distribuitur. In illā consti- tuuntur tam personæ Attentantes, quam res in judicium deducēta in quibus attentata committuntur. Personæ sunt judex, Litigantes & tertius, de quibus ordine dispiciamus.

θ. 17. Judex inter alios modos, quos Explicatio objecti fortasse planos reddet, maximè attentantis notam meretur, si possessionem rei controversæ invito possessore sequestrat, quoniam regulariter omnis sequestratio lite pendente prohibita est l. un C. de sequestr. pecun. Gail. I. O. 148. n. 1. Ricc. coll. dec. part. 7. Coll. 2575. gl. in l. un. in Verb. sequestrationis C. de prohib. sequest. & ibid. Sichard. n. 1. Myns. 2. O. 11. & 5. O. 35. n. 3. Gail. de Arrest. c. 1. n. 7. Lancell. c. 12. lim. 12. n. 24. & seqq. Goedd. c. 1. n. 83. de sequestr. fruct. Harpr. proc. Iud. disp. 6. θ. 340 Rosbach. in comp. Iur. Civ. & Can. lib. 2. t. 15. n. 1. gl. in d. c. 1. in Verb. arbitrio. & Andr. Vallens. w. Decretal. tit. de sequestr poss. & fruct. n. 5. & incurrit in attentatum, quamdiu de possessione partis constat, licet metu armorum vel ad tollenda scandalia fiat. Manfred. de Attent. lib. I. p. 11. n. 26. Lanc. c. 4. ampl. 2. n. 2. c. 12. ampl. 7. n. 2. & lim. 12. n. 4. Gail. I. O. 5. n. 6. Bender. de Reris. concl. 20. n. 131. & seqq. Frid. I. de proceß. & Mandat. c. 44. n. 5. Muscatell. in prax. sec. Inst. lib. 2. p. 1. gl. sententia. n. 97. Quod tamē secūs est in Interdicto Utī possidetis & Utrubi cum similib. ubi dubium vertitur uter litigantium possessor sit. l. I. §. 3. ff. uti possid. §. 4. I. de interdict. In his enim si ut ad arma partes concurant, metuantur, possessio rectè sequestratur vel utriq; partium inhibetur. Ord. Cam. p. 2. t. 21. §. ult. Gail. I. O. 5. n. 2. Mandos. de inhib. q. 118. n. 5. Manfred. lib. I. p. II. n. 26. §. Non obstat. Lancell. c. 20. præf. n. 44. Vid. Excell. Dn. D. Rebhan. Patronum atquè Praeceptorem meum suspiciendum in Hodoget. Iur. Chart. 2. Clim. 4. parall. 4. θ. 13. Pag. 833. C. I. A. tit. uti possid. θ. 19. Sic sequestratio judicem attentare non facit, si periculum sit dilapidationis. l. 21. §. fin. ff. de Appell. c. ab eo. fin. X. de sequestr. poss. & fruct. Gail. I. O. 14. n. 5. & O. 147. n. 8. & O. 148. n. 2. quæ permittitur etiam, si fructus convertantur in propri-

os usus. notante C. I. A. de App. θ. 14. Christoph. Brecht. in comp. proceſſ. Iud. 15. p. 202. vel fugæ ante factam satisfactionem l. 7. §. fin. ff. qui satisf. cog. Lancell. c. 4. lim. 9. n. 1. & declar. 4. n. 32. Coras. 3. Miscell. 2. n. 9. Vel reus, si is persona fuerit Ecclesiastica & religiosa, sit contumax. c. 2. de dol. & Contum. Coras. 3. Miscell. 2. n. 10. vers. Octavus. Aut appellatio ab Executore sententiæ modum excedente interposita fuerit l. 5. C. Quor. appell. non recip. Gail. I. O. 147. n. 8. Ut & in casu Clem. Vn. de sequestr. poss. & fruct. Lancell. c. 12. lim. 12. n. 2. Goedd. d. Clem. n. 19. de sequestr. Fachin. I. Controv. 75. in fin.

θ. 18. Sicut autem sequestratio ita etiam alia quævis turbatio Iudicis impediens quo minus liberè possessione suâ pars uti possit, & spoliatio attentatum est Lancell. c. 2. n. 1. quoniam nemo in possessione sua, imprimis si titulo gaudet, turban-dus aut eâ privandus c. 2. X. de sequestr. poss. l. fin. C. si per Vim. Gail. I. O. 147. n. 2. Sed potius tuendus est Hercul. c. 3. n. 8. Et ju-dex comparatur privato spoliatori, quotiens sine Causæ cogni-tione aliquem suâ possessione privaret. Nam cum continua-re possessionem suam vel quasi, eodem modo quo ante litem ortam cuivis liceat. l. 2. C. de probat. Anton. Gabriel. com. concl. lib. 5. tit. de Acq. vel am. poss. concl. 6. Gail. I. O. 145. n. 4. & 147. n. 1. & seqq. Lancell. c. 4. lim. 1. n. 8. Attentatum utiq; com-mittere censetur, qui in præjudicium istius possessionis quic-quam admittere ausus fuit, quod ipsi ante omnia postea est re-vocandum. c. 7. X. de Restit. spol. c. 17. X. de Appell.

θ. 19. A parte precipue attentata committuntur, si prin-cipi supplicaverit l. 2. C. ut lit. pend. vel rescriptum aliquod Ko-lanuov sive adulatorium & ad gratiam positum impetraverit. Quamvis enim ex ambitioso rescripto, quod sub & Obrepti-tium habetur, Zoef. in Coment. ad Decret. tit. ut lit. pend. n. 2. non inducatur. l. 3. C. de Error. Advoc. l. fin. C. sent. resind. N. 113. c. 2. Ipsoq; jure nullum sit, nullumq; habeat effectum l. 5. C. si contra Ius l. 29. ad L. Corn. defals. tale tamen petere vel impetrare nisi facta litis mentione citra Attentatorum vitium neminilicit. Rubr. C. Ut lit. pend. Lancell. c. 4. pref. n. 29. c. 15. n. 170. quod secus est in eo rescriptorum genere, quo juben-tur Judices sine tarditate & morâ causas dirimere, secundum leges



leges judicare, acta cōmūnia litigatoribus edere vel cum alio  
judicare l. 2. C. de Mandat. Princip. quod ipsum petere nemo  
prohibetur. l. 2. C. ut lit. pend. l. 7. C. de Edend. N. 113. c. 2. v.  
eam autem Ius̄ionem.

θ. 20. Quod de parte dictum, idem quoq; de procuratore  
sentiendum est, qui & ipse nomine principalis sui attentare  
dicitur, si speciale ad hoc mandatum habuerit; secus si genera-  
le tantum, quippe quod ad ea non extenditur, per quæ Domi-  
nus cadit in commissum & delictum. l. 60. §. 4. ff. Mandat. nisi  
ille ex post facto rata habuit, quæ ratihabitio in delictis vim  
habet mandati, l. 1. §. 14. l. 3. §. 10. ff. de Vi & Viarm. & retrotra-  
hitur. C. 33. X. de simon. In Mandato enim quantumvis gene-  
rali & cum libera & irrevocabili nunquam ea permitti cen-  
sentur, quæ specialiter non permetterentur. l. 46. ff. de pecul. l.  
6. ff. de pignor. l. 12. ff. quæ in fraud Cred. & nemo censemur da-  
tus ad illicita, arg. l. 6. §. pen & ibid. Gothofr. ff de Cond. Indeb.  
Speciale proinde Mandatum aut ratihabitio vel ad minimum  
indulgentia atq; Conniventia Dominj requiritur ad id, ut at-  
tentatum non ex persona Attentantis procuratoris sed ex ip-  
sius Domini principalis personā cōsideretur. Lancell. c. 26. n. 37.

θ. 21. Sic etiam Judex partis interdum vice fungitur, &  
tanquam pars Attentare solet. Lancell. c. 2. n. 5. si sc. pendente  
appellatione aliquid extrajudicialiter eidem directo contrariū  
commiserit, ut in c. 1. X. de Appellat c. 19. X. de Elect. & El. potest.  
Vel si coram Arbitris pendente suā recusatione ulterius proces-  
serit. Hartman. lib. 2. tit. 1. Obser. 10. n. 1. Gail. 1. O. 33. n. 12.  
qui processus est ipso jure nullus. Lancell. c. 6. n. 4. Myns. 4.  
O. 59. Zoes. ad tit. X. de Appell. n. 38. Cæterum an sola  
allegatio vel propositio de suspicione Iudicis recusandi an  
vero probatio quoq; & sententia requiratur ad hoc, ut recusa-  
tio Effectum suspensivum sortiatur nondum interdd. convenit,  
nisi dicamus, illud sufficere de Jure Civili. per text. l. 4. ff. ad  
SCt. Treb. & l. 16. C. de Iudic. Hoc vero de Jure Canonico re-  
quiri. per text. c. 61. X. de Appell. c. Index. 5. de off. deleg. in 6.  
Paurmeister lib. 1. de Iurisdic̄t. c. ult n. 20. Gail. d. loc.

θ. 22. Cum autem alia Actoris alia vero Rei Attentata  
sint, non abs re erit seorsim singula persequi. Et quidem pri-  
us At-

us Attentatorum genus plerumq; committitur adversarium  
Spoliando. *Lancell.* præf. c. 4. n. 349. & seq. *Manfred.* de Attent.  
lib. I. part. 7. n. 37. Vel possessionem auferendo & Exactionem  
faciendo. N. 134. c. 3. in fin. Vel se se in possessionem intruden-  
do. *Lancell.* c. 26. n. 37. Vel alio modo turbando, quo minus  
hic possessione controversâ utiqueat c. 1. & *Ibid.* gl. ut lit. pend.  
gl. in c. non solum 7. in Verb. reducendum Vers. dic tamen de Ap-  
pel. in 6. *Lancell.* c. 4. lim. I. n. 8. & declar. 4. & c. 12. lim. 26.  
*Mandos.* de Inhib. q. 23. n. 8. *Gail.* I.O.145. n. 4. Vel honores Usur-  
pando. l. 7. §. 1. ff. de muner. & hon. Vel actiones alijs cedendo  
l. fin. pr. C. de Litig. & *Ibid.* Azo in summa. *Sichard.* in Authent.  
litigiosa n. 6. c. de Litig.

B. 23. Alterum genus quod attinet, Reus Attentantis  
notam meretur transferendo possessionem, *Manfred.* de At-  
tent. lib. I. p. 7. n. 36. & lib. 2. concl. 17. *Lancell.* c. 4. præf. n. 518.  
& seqq. Vel alienando rem litigiosam. *Auth.* litigiosa. C. de Li-  
tig. & tt. ff. & C. de Litig. l. 13. famil. hercisc. sive donauerit, l. 4.  
pr. & §. 1. C. de Litig. sive pro derelicto habuerit. *Lancell.* c. 4.  
præf. n. 546. arg. l. quod servus 36. & *Ibid.* gl. de stip. serv. vel gra-  
vando, puta si in feudum dederit. arg. §. 1. tit. per quos fiat in-  
vest. feud. *Lancell.* c. 4. præf. n. 541. Vel usumfructum in eâ con-  
stituerit, vel servitutem imposuerit, vel in Emphytens loca-  
verit. arg. l. fin. C. de reb. al. non al. *Sichard.* ad l. fin. n. 1. C. de  
Litig, vel pignori aut hypothecâ dederit, arg. d. l. fin. C. de reb.  
al. non al. *Sichard.* d. loc. *Lancell.* c. 4. præf. n. 527. Adde Nat-  
tam. tom. 3. Cons. 534. n. 5. vel in sacrum dedicaverit. l. fin. ff.  
de litig. *Sichard.* ad rubr. C. de Litig. *Lancell.* c. 4. præf. n. 524. &  
c. 30. n. 183. Quod secus est in divisione rei litigiosæ inter co-  
heredes facta, quæ prohibita non censetur. d. l. fin. & *Ibid.* gl.  
in Verb. divisionis C. de Litig. N. 112. c. 1. & *Ibid.* Gothafr. in Verb.  
Non lit. p. *Lancell.* c. 4. præf. n. 554. & lim. 7. Hartm. Pistor lib.  
I. q. 40. n. 15. Uti nec ea, quæ fit inter consortes litis & socios.  
*Lancell.* c. 4. præf. n. 551. & seq. Sic Reus possessor ad aliquod  
tempus locare potest. *Lanc.* c. 4. lim. I. n. 76. & seqq. arg. l. 88.  
§. 15. de legat 2. *Vid.* & *Wesemb.* ff. Locat. n. 11. Quoniam lo-  
catio est actus possessorius. arg. l. 18. & l. 32. §. 1. de Acquir. vel  
am. pos. l. ult de Vi & vi arm. Ergo licitus. gloss. in c. non solum 7.  
in Verb.



in Verb. reducendum Vers. dic tamen. de Appell. in 6. Mandos. de Inhib. q. 23. n. 1. & seqq. Lancell. c. 4. lim. I. n. 2. & declar. 4. & c. 12. lim. 26. & c. 20. lim. 9. Mascal. de prob. Vol. I. Concl. 148. n. 2. & seqq. & num. 24. cum seqq. Scacc. de Appell. q. 3. n. 70. Schvvanman. proc. Cam. lib. 2. c. 9. n. 15. Quod etiam de refectione ædium, etiam si quis ædificare sit prohibitus, dicendum est. arg. l. I. §. 13. ff. de N. O. N. Vid. Mandos. de Inhib. q. 119. Sic quoq; in dotem datio, donatio propter nuptias, l. f. §. I. & Ibid. Sichard. n. 21. C. de Litig. gl. in l. ante 16. C. de Iur. dot. Legatum, transactio d. l. fin. & Ibid. gl. Sichard. & al. C. de Litig. alienatio & Venditio rei tempore peritura prohibita non est, dum modo pretium exinde redactum pro re ipsâ sequestretur. Gail. I.O. 148. n. 3. quod etiam de alijs necessarijs alienationibus sentiendum est. l. 5. ff. de hered. pet. l. 13. ff. Fam. hercisc. Vide plura apud Trentacinq. Var. resol. lib. I. Res. 17. de Iudic.

θ. 24. Dicitur autem ad hunc Effectum res litigiosa, de cuius dominio causa movetur inter possessorem & petitorem judicariâ conventione vel precibus principi oblatis & Judici insinuatis ac per eum futuro Reo cognitis. Auth. Litigiosa C. de Litig. N. c. 112. I. pr. l. I. ff. de Litig. C. I. A. lib. 44. ff. tit. 6. θ. I. Hanc in actione reali a citatione initium capere plerisq; Dd. consentientibus propter Auth. Litigiosa C. de litig. dubium non est. Trentacinq. Var. resol. lib. 2. res. 17. de Iudic. n. 3. Covarr. pp. qq. t. 2. c. 15. n. 6. Gail. I.O. 118. n. 4. Tuld. in Commentar. tit. C. de Litig. n. 1. Wes. & ff. de Litig. n. 2. C. I. A. eod. tit. θ. 2. Pac. in Analyss. C. eod. tit. n. 4. Perez. Ibid n. 3. In actione vero personali mirè variant Dd. Reperies enim alios planè negantes per eam rem litigiosam reddi. Pac. d. loc. Specul. tit. de App. §. Novissimè II. n. I. & 18. Azo in l. I. n. I. & 2. C. de Litig. Sichard. in Authent. Litigiosa n. 9. & seqq. C. de Litig. Lancell. c. 4. præf. n. 566. & lim. 2. n. 34. & c. 12. lim. 32. Hercul. c. 6. n. 45. c. 29. n. 88. & 98. Alios etiam per solam Citationem vitium litigiosi & in Jure Novell. & Jure Canon. propter Clem. ult. ut lit. pend. constitui affirmantes, Mind. I. de process. 43. n. I. Guid. Pap. decis. 337. n. 6. Myrs. dec. 13. respons. 8. n. 18. Communior autem & omnino tutior est opinio existimantium, in personalibus actionibus, quibus principaliter ad ipsam rem agitur, l. 68. ff.

de R. V. rem litigiosam fieri, quoniam in ijs reus præcisè tene-  
tur ad rem tradendam, sive quis agat ad rem suam recuperan-  
dam, gl. in l. I. Verb. agitur. de Act. Empt. Ant. Faber. 6. Conject.  
17. Vers. Quemadmodum & cogi. Bocer. cl. 1. disp. 2. 6. 8. lit. b.  
in alleg. Sive ad rem alterius, non solum si Dominium hujus pe-  
titur. Corras. 2. Miscell. c. 3. princ. & n. 4. Donell. ad l. 72. n. 26.  
ibi nam in dandi stipulatione ff. de Verb. Obl. Ant. Fab. d. Conject.  
17. Vers. Atqui nemo. Sichard. in Rubr. C. de Contr. Empt. n. 8.  
Wes. in π. ff. de Reb. Cred. n. 12. vers Ego tamen. Verum etiam,  
si ad nudam rei agitur traditionem §. 2. I. de donat. l. II. §. 2. ff.  
de A. E. l. 10. C. eod. l. 21. §. 4. Ibi: si hos petitori placuerit. de  
N. O. N. l. 46. de Act. Empt. l. 68. de Contr. Empt. Paul. I. sent.  
13. §. sed id, quod Emptum. & Ibid. Cujac. Ita quoq; sentit gloß. §.  
preatum autem. In Verb. Tradatur I. de E. V. & in l. I. in Verb. agi-  
tur. ff. de A. E. Mudæus ad t. ff. de A. E. c. ult. f. 253. Sichard. ad  
rubr. C. de C. E. n. 8. Cujac. in l. stipulationes 72. de V. O. & ad  
lib. I. Feud. tit. I. §. si vero Archiepisc. Corras. 2. Miscell. 3. n. 7. Ant.  
Fab. 6. conject. 17. Bocer. d. disp. 2. 6. 9. Et ad effectum rei litigio-  
sæ requiri litis contestationem, perl. 2. C. de Litig. quæ cum  
non sit mutata perdurare intelligitur. Covarr. Perez. Gail. Tuld.  
Wesemb. C. A. dd. loc. Trentacing. d. resol. 17. n. 12. 13. 57.

θ. 25. Et hæc de Attentatis partium, quibus similia quoq;  
sunt ea, quæ a Tertio committuntur. Tertium autem cuj  
Attentata possunt imputari intelligimus eum, qui se fundat in  
jure causæ principalis, de qua lis pendet. Menoch. de Recup. re-  
med. 17. n. 45. Person. Tract. de Adipisc. poss ex. l. fin. C. de Ed. D.  
Hadr. toll. n. 367. Lancell. c. 3. n. 55. & seqq. & n. 70. & c. 12.  
Ampl. 12. n. 2. Vel qui habet causam à parte vel judice Scacc. de  
Appell. q. 3. n. 63. Lancell. c. 3. n. 16. Bart. in l. Chirographis.  
57. §. 1. de Adm. & peric. tut. Hercul. c. 29. n. 77. Vel qui succe-  
dit in ipsâ re attentata Franch. in c. bonæ 51. n. 12. Vers. Tertia  
& ultima. Lancell. d. c. 3. n. 32. scacc. de App. d. q. 3. n. 64. Vel  
quocunq; modo intervenit. l. 2. §. 1. ff. quand. appell. Gail. I. O.  
70. n. 8. Hic enim sicut pro suo interesse admittitur, ita etiam  
attentat sub colore & suco sui juris. c. 38. X. de Testib. & Attest.  
Quia vero causa litigiosa nihil attingit, innovando quicquam  
non attentat, neq; id viâ attentatorum revocandum venit. c.

3. §. in 4-



3. §. in alium de App. in 6. arg. l. 63. ff. de rejud. gl. in c. non solum  
7. Verb. reducendum de App. in 6. Covarr. pp. qq. c. 14. n. 4. Me-  
nocb. d. rem. 17. n. 45. Gail. I.O. 72. n. 6. & 7. Person. d. loc. Lan-  
cell. c. 3. n. 3. & seqq. Mandos. de Inhib. q. 111. n. 3. Hartm. Pistor. I.  
q. 40. n. 13. Quoniam Judex litis non habet Iurisdictionem nisi  
inter Actorem & reum, non autem contra Tertium innovan-  
tem. Ideoq; super innovatione factâ à Tertio alias ejus ordi-  
narius viâ ordinariâ est adeundus. Zoef. ad t. ff. nihil.innov. app.  
pend. n. 5. Scacc. de App. q. 17. lim. 2. n. 61. Marant. p. 6, act. 2.  
n. 163. Besold. de App. c. 12 §. 3.

θ. 26. Quod ad res, quæ Attentantur & in quibus atten-  
tatur, attinet, parum refert, magnæ illæ an parvæ sint; cum  
enim rubricæ Juris Civilis & Canonici voce generaliter Negati-  
va Nihil utantur, utiq; in re etiam minimâ Attentata posse  
committi manifestum est. Mascard. de probat. Vol. I. Concl. 48.  
n. 8. 9. Lancell. c. 4. Ampl. 10. & II. n. 12. Otto Melander. Com-  
ment. process. cam. p. 5. §. 2. Quoniam oratio Negativa inde-  
finitè & universaliter concepta de proprietatè sermonis omnes  
casus & omnes personas cōprehendit. d. Lancell. c. 12. præf. n. 84.

θ. 27. Objectua Materia sive causæ in quibus Attentata fi-  
unt variæ supra in divisione jam obiter & quasi per indicem at-  
tactæ sunt. Quarum prima est lis, in prima adhuc instantiâ  
pendens. Rubric. Iur. Can. ut lit pend. Rubr. & l. 2. C. ut lit. pend.  
C. I. A. lib. 49. t. 7. θ. 7. quæ pendere dicitur non modo si judi-  
cium ipso actu exercetur, sed etiam impletatâ dilatione, utpo-  
te quæ parem Attentatis præbet occasionem, l. 3. C. de dilat. &  
Ibid Dd. Lancell. c. 7. Anton. Gabriel. com. Conclus. tit. de dilat.  
concl. I. Bocer. Clas. 6. disp. 15. θ. 44.

θ. 28. Sic etiam in secundâ Instantia nempe circa Appel-  
lationem Attentata pluries committuntur. Siquidem ejus  
interpositionem vel præcedunt vel sequuntur. Illa subdistin-  
ctionem recipiunt, quod scilicet fiant vel pendente decendo  
Appellationi interponendæ præstituto, vel eo jam elapso. De  
priori genere dubium non est, quin tempore illius decendi  
gesta pro verè Attentatis habeantur. c. non solum 7. & Ibid. gl. in  
Verb. Innovata de Appell. in 6. Covarr. pp. qq. c. 23. n. 2. Asin.  
pract. Iud. §. 31. c. 2. lim. 3. Lancell. c. II. n. 17. & seq. Manfred.  
de Attent.



de Attent. lib. 2. concl. 3. Hercul. c. 29. n. 15. Num modo postea appellatio insecuta sit, eaq; habeat Effectum suspensivum: si quidem in quibus casibus Executio pendente Appellatione fieri potest, ijs etiam pendente hoc decendio perficitur. Quod si vero Appellatio planè fuerit omessa, attentata etiam commissa dicj nequeunt, sive condemnatus appellare de jure non potuerit, arg. d. c. 7. Ibi Exceptis casibus. Asin. d. lim. 3. Lancell. c. II. n. 26. 32. & 47. Hercul. c. 28. n. 61. Sive potuerit quidem, sed neglexerit. Covarr. d. c. 23. n. 2. §. Illud tamen obiter. Ibi non esse revocandum. Lancell. d. c. II. n. 50. & c. 14. n. 33. Ut ut autem decendum illud non semper à diæ sententiæ (quod regulariter fieri debet, l. I. §. 5. ff. de Appell. N. 23. c. 1.) Sed interdum etiam à Die notitiæ initium capiat si scilicet adversus absentem ex justa causa vel ignorantem est pronunciatur. l. I. §. fin. ff. quand. Appell. l. I. C. de Temp. App. l. 4. C. de Lib. caus. c. concertationi de App. in 6. Excell. Dn. D. Biccius. in Aur. sect. 5. §. 168. Vid. Scacc. de Appell. q. 12. n. 37. Besold. de Appell. c. 12. n. 3. Tteutler. Vol. 2. disp. 33. §. 8. lit. b. Gail. I. O. 39. n. 8. Myns. 2. O. 2. n. 4. Nostrum tamen propositum hanc distinctionem respuit. Quippe post decendum à tempore sententiæ, infra tamen decem dies à die notitiæ commissa regulariter non viâ Attentatorum revocantur, sed viâ iustitiae. Lancell. d. c. II. n. 16. Scacc. de Appell. q. 12. n. 38. Besold. de Appell. c. 12. §. 3. §. 29. Elapso autem Appellationis Instituendæ termino eadem quoq; ratione Attentata arguuntur, si nimirum adversus hujus fatalis lapsum quis ex justis causis, quas Vide apud Besold. de Appel. c. 10. n. 3. Gail. I. O. 139. n. 8. Myns. 5. O. 98. restitucionem impetraverit, tunc executio & alia hoc judicio pendente gesta, Lancell. c. 14. n. 18. sicut & non tantum ea, quæ intra decendum à die sententiæ. Lancell. d. c. II. n. 27. c. 14. n. 22. sed etiam intra decendum restituto ad appellandum ex quo concessum innovata sunt, nisi etiam restitutus in tempore non appellaverit. Scacc. de Appell. q. 12. n. 141. Lancell. c. 14. n. 31. & c. 22. n. 58. Pro Attentatis habenda & revocanda veniunt. Petr. Ioh. Anch. famil. Iur. quæst p. I. q. 41. n. 8.

§. 30. Post interpositam appellationem Jnovata fiunt vel ante vel post Apostolorum petitionem, quæ intra 30. ab interposita appellatione dies proferenda est. N. 123. c. 3. quâ derogatur l. 24.



tur l. 24. c. de Appell. Ampliss. Dn. D. Bicc. in Aur. f. 5. 8. 169. C. I. A.  
49. ff. 4. 8. quicquid in contrarium dicant. Wef. & ff. quand.  
Appell. n. 4. Besold. de Appell. c. 7. §. 7. Myns. 4. O. 36. & alij sta-  
tuentes à lata sententia statim hoc ipsum tempus initium sume-  
re. Pendente itaq; hoc Apostolorum petendorum termino( qui  
tamen impunè omitti poterat per Ord. Cam. p. 2. tit. 30. §. Und  
also. hodie non potest per novissimum recessum Imperij de An-  
no. 1654. §. Ob Er auch schon die Urtheil / ib. nichts desto weni-  
ger solle der Appellant bey Straff der desertion, gleich bey Verkün-  
digung seiner appellation vnd vor Verschließung deren à die interpo-  
sitæ appellationis, nächstfolgender dreissig Tag vom Unterrichter  
die acta priora sibi requiriren/vnd da sie fertig werden/vmb die Ge-  
bühr aufzulösen/oder wenigst solcher seiner requisition beglaub-  
ten Schein/womit die acta selbst in primo termino zu produciren  
schuldig seyn.) locus etiam est attentatis. c. 4. de Appell. in 6. quod  
tamen ad facilius expediendum distinctione indiget: Aut enim  
versamur in Appellatione à definitiua aut ab interlocutoria: In  
illâ sine dubio procedit, nisi versemur in Actu impetrations Ju-  
dicis & & in processu per ipsum Judicem impetratū facto, qui  
in attentatum non incidit. Lancell. c. 13. n. 16. 27. 35. In hac vero  
tum demum, quando Judex ad quem Judici à quo inhibuit,  
quoniam hic eosq; procedere potest. c. 7. de App. in 6.

θ. 31. Sic etiam Apostolis jam petitis & pendente Appel-  
latione maxima Attentatorum materia sese prodit. Rubr. & t.t.  
ff. nihil innov. sive à Definitivà appellaveris, sive ab interlocu-  
toria, non tamen absq; distinctione. Prior enim appellatio  
etiam ante inhibitionem Judicis ad quem impedit judicem à  
quo ulterius procedere: l. 6. ff. de App. recip. Muscatell. in prax.  
sec. Inst. lib. 2. p. 1. gl poterit. n. 32. & 34. Personal. tract. de Adi-  
pisc. poss. ex l. fin. C. de Ed D. Hadr. n. 359. Gail. I. O. 144. n. 3. Ma-  
rant. p. 6. Act. 2. n. 162. Zoes. ad t. ff. nihil innov. n. 8. Quod ve-  
rum est, licet unus tantum consortium appellaverit. Mandos.  
de Inhib. q. 48. n. 2. & 3. Bocer. Class. 6. disp. 34. θ. 42. aut à ter-  
tio quodam pro suo interesse ad adjuvandam partem principa-  
lem interveniente appellatio interposita fuerit. c. 17. de sent. &  
Re. Ind. Covarr. p. q. 16. pr. n. 2. Vers. sed et si. Lancell. c. 12. Ampl.  
14. Masiard. de prob. Vol. 1. Concl. 148. n. 13. Nisi cautio-

C

nem



nem victor de restituendo offerat victo. *Lancell.* c. 12. *Ampl.* 14.  
n. 12. Quod etiam de Appellatione ab Interlocutoria vim de-  
finitivæ habente & grauamen irreparabile continente dicen-  
dum est. *l. 7. §. 2. ff. de minor.* *l. 2. & Ibid. Dd. ff de App. rec.* *Gail.*  
*I. O. 144. pr. Lancell. c. 12. lim. 1. n. 57. & seqq. Hercul. de At-*  
*tent. c. 29. n. 200. Rosacorb. pract. forens. c. 105. n. 2. Marant.*  
*p. 6. Act. 2. n. 201.*

θ. 32. Hæc autem eatus obtinent quatenus cum Effectu  
Appellationis deuolutivo suspensivus conjunctus est, quorum  
posteriore deficiente (veluti in causis possessoriis. *l. un. C. si de*  
*mom. poss.* & *Ibid. Diod. Tuld. Fachin. I. Contr. 75. Alimentorum.*  
*l. 27. §. 3. ff. de Inoff. Test. l. 7. ff. de Agnosc. lib. l. 9. de Iur. delib. C.*  
*I. A. de App. recip. vel non θ. 4. Lancell. c. 12. lim. 24. n. 8. & c.*  
*30. n. 71. Excommunicationis c. 53. Vers. Verum X. de Appell. Guid.*  
*Pap de App. q. 110. n. 74. Lancell. c. 12. præf. n. 109. & seqq. &*  
*ampl. 8. n. 1. 7. add. eund. d. c. 12. lim. 21. & 22. Vid. etiam gl. in l.*  
*f. C. si à non comp. Iud. gl. in d. c. pastoralis in Verb. cum Excom-*  
*municationem ) executio sententiaz, si modo ea sit revocabilis,*  
*arg. l. ante sententiam 2. & ibid. gl. in summar. de App. rec. gl.*  
*l. ante 7. in Verb. discussore C. quor. app. non rec. Paris. de put. tract.*  
*de Synd. in Verb. Tortura Vers. pen. n. 4. Aut quando ipso jure*  
*non permitta notoriè frivola injusta & invalida est Appellatio.*  
*c. 13. & c. seq. X. de App. Clem. un. de dol. & Contum. Covarr. p.*  
*q. 23. n. 4. Vers. sexta est omnino. Lancell. p. 2. c. 12. lim. 6. 9. &*  
*50. & c. 24. q. 1. Attentati nomen non meretur. Covarr. pp. qq.*  
*23. n. 7. Manfred. I. p. 7. n. 93. & lib. 2. Concl. 54. Hercul. c. 30. n.*  
*38. Lancell. c. 12. lim. 25. n. 8. & lim. 53. n. 70. Harprecht. proceß. jud.*  
*disp. 6. θ. 75. Hic etenim casus nec Jurisdictionis executionisve*  
*suspensionē parit vel processum impedit, nec executioni man-*  
*data sententia viâ attentatorum revocanda venit. Lancell. c. 17.*  
*n. 130. & seqq. Vid. & Covarr. p. q. 24. n. 6 pr. ibi cui autem re-*  
*sponderit. Facit l. 2. & Ibid. gl. pr. C. ad L. Corn. de fals. Nisi judex*  
*à quo delatione jam causam à se declinaverit. Person. in tract.*  
*de Ad. poss. ex. l. fin. C. de Ed. D. Hadr. n. 337. & 358. Lancell. c.*  
*12. lim. 6. n. 25. & lim. 53. n. 67. Et exercitium Jurisdictionis*  
*à se abdicauerit. c. cum appellationibus de Appell. in 6. Scacc. de*  
*Appell. q. 17. lim. 47. m. 1. n. 41. Gail. I. O. 144. n. 3. & O. 131. n.*

4. Msc.



